DE CURSU AETATUM EARUNDEM.

I. Prima igitur aetate saeculi nascentis prima huius die fecit d(eu)s lucem quam appellau(it)
II diem. Secunda firmamentum caeli in medio librauit aquarum ipsis aquis ac
terra cum caelo superiore acuir tantibus quae in eo condiorem laudarent. Ante
III. horum sex dierum exordium creatis. Tertia (die) congregatis in suum locum aquis
IIII quae cuncta contexerant aridam iussit apparere. Quarta sidera in firmamento caeli
posuit. quae nunc quantum aequinoctii coniectura colligimus. XII k(a)l(en)darum aprili
V um uocatur. Quinta natatilia uolatilia creauit animantia. VI Sexta animalia ter
restria. et ipsum hominem formauit adam. de cuius latere dormientis matrem om
nium uiuentium produxit euam. quae nunc quantum mihi uidetur esse credibile
X. kalendarum aprilium dies appellatur. Unde merito creditur. si non uereor sen
tentia uincit. quod beatus theophilus cum ceteris non solum palestine. sed et per mul
tis aliarum regionum episcopis de pascha disputans. scripsit eodem decimo kalenda
rum aprilium die d(omi)n(u)m fuisse crucifixum. Decebat enim ut ita eadem q(ue) non solum ebdo
madis sed et mensis die secundum adam progeneris humani salute uiuifica morte
sopitum de productis e latere suo sacramentis caelestibus sponsam sibi (sa)ncificare eccle
siam. qua uidelicet die primum adam patrem. uidelicet humani generis ipse creauerat
eiq(ue) de latere costam tollens aedificauit mulierem cuius adiutorio genus propagaret.
CXXX Adam annorum CXXX. genuit seth. cui super uixit annis DCCC. uel LXX inter [L. humanu.]
praetes ante natum seth posuere annos CCXXX. postea DCC. seth interpraetatur resur
rectio. significans resurrectionem xpi a mortuis. cuius mortem in laxam a iudaeis sig
nificat abel. qui dicitur luctus a fratre caim occisus.
CCXXXV Seth annos CV. genuit enos. cui super uixit. an(nos) DCCCVII. Porro LXX ante natum enos. an(nos)
CCV. postea posuere DCCVII. Enos interpretatur homo de quo benedicitur. Iste coepit
inuocare nomen d(omi)ni. quia hominum est proprium. ut suae fragilitatis memores. inuo
cent conditoris auxilium. eorum dumtaxat qui in fide xpi uiuentes filii resurrectionis e(ss)e elegerint.
CCCXXV Enos an(nos) XC. genuit cainan. uixit cui super. an(nos) DCCCXV. sed septuaginta ante natum
cainan. CXC annos. postea. DCCXV. posuere.
CCCXCV Cainan. annorum LXX. genuit malalehel. post cuius ortum uixit. annis. DCCCXL.
LXX. ante natum malalehel. CLXX. postea dixere. DCC XL.
CCCCLX Malalehel. an(nos) LXV. genuit iareth. cui super uixit. annis DCCCXXX. LXX. ante natum
iareth. CLXV. postea posuere DCC XXX.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
BIBLIOTECA APOSTOLICA VATICANA
HESSEN
Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Biblioteca Apostolica Vaticana
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/bav/bav_pal_lat_1449/0254